

9. d. 528


*Siccecepta est mense
— ungo — num*

*Primitus eum nobis
⁊*

*Vix ab eo diximus hunc in nept
⁊ nuptiis vixim eum*

Ministris fidei donante sicut vixit

~~2 A 4~~ 830.



ENCOMI

VMMATRIMONII,
PER DES. ERAS.
ROTERODA.

ENCOMIVM ARTIS
MEDICAE PER
EVNDEM.

MATRIMO

NII ENCOMIVM, DES. ERA
SMI ROTERODAMI DE
CLAMATIO, IVVENI
QVONDAM LVSA.



VANQVAM PRO TVA
singulari sapientia, ipse abunde
per te sapis affinis iucundissime,
nec alienis ages consilijs, tamen
hoc uel ueteri nostrę amicitiae q̄
ab ipsis ppe cunabulis una cū
etate nobis accreuit, uel tuis sum
mis in me officijs, uel arctissimæ deniq; affinitati
debere me putau, si is esse uellem, quē tu me semper
existimasti uirum & amicū, & gratū ut id qd'
ad tuā tuorūq; salutē ac dignitatē plurimū interes
se iudicasse, te libenter ac libere admonerē. Aliz
ena nonnunq; rectius q; nostra perspicimus. Tu
um consiliū meis in rebus persæpe sum secutus,
neq; minus fœlix mihi comperi, q; erat amicum.
Nunc si uicissim in tuis meū sequi uoles, futurum
arbitror, ut neq; me sualisse, neq; te pœnitent paru
isse. Cœnauit apud me sexto Apriles, cum in villa
montana essem, Antonius Baldus homo(ut scis)

a ï

D E S . E R A S . R O T . D E C L A M A T I O
tuarū rerū studiosissimus , generiq; tuo iam inde
ab initio cōiunctissimus . Triste plenumq; lachry-
marum cōuiuum , Nunciabat mihi magno utris-
usq; dolore , matrē tuam sœminam integerrimā , e-
uiuis cōcessisse , sororem tuam luctu ac desyderio
uictam , sterilitati dicatarū uirginum choro asscri-
ptam esse , ad te unū spem stirpis tuæ redisse , amis-
cos summo cōsensu tibi puellā summo genere na-
tam , forma prēstanti , optime moratam , postremo
tui amantissimā summa cum dote obtulisse , Te
uero nescio qua seu doloris impotentia , seu religi-
one , ita cœlibatū decreuisse , ut nec generis studio ,
nec sobolis amore , nec amicorū ullis , aut monitis
aut p̄cib⁹ , aut lachrymis abduci possis à sentētia .

Tu tamen uel me authore , mentem istam mu-
tabis , & cœlibatu relicto , sterili ac parum huma-
no uitę instituto , sanctissimo cōiugio indulgebis .

Qua in re neq; tuorū charitatē , quę tamen alii
cquin animū tuū uincere debebat , neq; authoris-
tatem quicq; mihi prodesse cupio , nisi clarissimi
rationibus ostendero , id fore tibi longū tum hos-
nestius , tum utilius , tum iucundius , quid quod eti-
am hoc tempore necessariū . Nam primum hac in
re , si te honesti ratio mouet , quę apud probos ui-
ros plurimū ualere debet . Quid matrimonio hos-
nestius quod ip̄ se Christus honestauit : qui nupti-
is una cum matre non solū interesse dignatus est ,

DE LAVDE MATRIMONII

uerum etiam nuptiale coniugium miraculorum suorum
primitus consecravit. Quid sanctius, quod ipse re-
rum parens instituit, adiunxit, sanctificauit, quod
ipsa sanxit natura? Quid eo laudabilius, quod q̄
reprehendit hereticos damnetur? Quid æquius,
quā id reddere posteris, quod ipsi a maiorib⁹ ac-
cepimus? Quid incōsideratus, q̄ id sanctimoniae
studio, perinde ut prophanum fugere, quod deus
ipse totius sanctimoniae fons ac parēs sanctissimū
haberi uoluit? Quid inhumanus, q̄ hominē ab
humanę conditiōis legibus abhorrere? Quid ins-
gratius, q̄ id negare minoribus, qd' ipse nisi a ma-
ioribus accepisset, nec esses quidē qui negare pos-
ses? Quod si matrimonij querimus authorē, non
a Lycurgo, non a Mose, nō a Solone, sed ab ipso
summo rerū omnī opifice conditū & institutū est,
ab eodē & laudatū, ab eodē honestatū consecra-
tumq;. Si quidē initio cū hominē e līmo finxisset,
miserā prorsus & inamœnam eius uitā fore intel-
lexit, nisi sociā Euam adiungeret. Quare uxorem
non e luto illo quo virū, sed ex Ade cratibus edu-
xit, quo prorsus intelligeremus nihil nobis uxore
charius esse debere, nihil coniunctius, nihil tenaci-
us adglutinatū. Idem ille post diluuiū mortalium
generi reconciliatus hanc primā legē prouulgat-
se legitur, nō ut cœlibatū amplecterent, sed ut cre-
scerent, ut multiplicarentur, ut terram implerent.

a ij

DES.ERAS.ROT. DECLAMATIO

At quo pacto, nisi cōiugio darent operam? Et ne
hic uel Mosaicæ legis libertatem, uel tempestatis
illius necessitatem causemur. Quid illud in Euangeliis
quoq; literis repetitum comprobatumq;
Christi suffragium: propter hoc, inquit, relinquet
homo patrem & matrem, & adh̄erebit uxori suę.
Quid parentum pietate sanctius? At huic tamen
coniugalis pr̄fertur fides. Quo authore? Nempe
deo, quo tempore? non iudaismi tantū, sed Christianismi
quoq;. Nam si cætera sacramēta, quibus
ecclesia Christi potissimum nititur, religiosa qua
dam ueneratione coluntur, quis non uidet huic
plurimum religiōis deberi, quod & a deo, & pri
mum omniū est institutum. Et cætera quidem in
terris, hoc in paradiſo, cætera ad remedium, hoc
ad consortium fœlicitatis, cætera naturæ collapse
sunt adhibita, unum illud conditę datum est. Si le
ges a mortalibus institutas sanctas habemus, non
erit coniugij lex sanctissima, quam ab eodem ac
cepimus, a quo & uitā: quæ una prope cum ipso
hominum genere nata est. Deniq; ut legem exer
culo confirmaret, adolescens, ut dictū est, ad nupt
ale conuiuiū vocatus, una cum matre libens adf
it, nec adfuit modo, uerum etiam prodigioso mu
nere cohonestauit, haud alibi miraculorū suorum
initiū auspicatus. Cū igitur inquies Christus ipse
a cōiugio abstinuit? Quasi uero non plurima sī.

Tellam & raptas

DE LAVDE MATRIMONII

In Christo, quæ mirari potius quam imitari debemus, sine patre natus, sine parētis dolore processit, clauso monumēto prodidit. Quid in eo non suscepimus? Sint hæc illi propria nos intra naturæ legem uiuentes, suspiciamus illa quæ supra naturam sunt. Sed e uirgine nasci uoluit. E uirgine quidem, sed coniugata. Virgo mater, deum decebat cōiugata. Nobis quid esset agendū significavit. Virginitas eam decebat, quæ coelestis afflatus numinis illibata pareret illibata. Sed Joseph sponsus, nobis casti coniugij leges cōmendat. Qui magis coniugalem societatem potuit cōmendare, quod arcanam illā, & angelicis quoq; mentibus stupendam, diuinę naturę cum humano corpore animaq; cōiunctionem, quod ineffabilem illum, & eternum in ecclesiam suam amorem declarare uolens, se sponsum illius, illam sponsam suam appellat: Magnū (inquit Paulus) matrimonij sacramētum est, in Christo, & in ecclesia. Si qua fuisset in rerum natura sanctior copula, si quod fœdus religiosius, quam coniugium, profecto ab eo sumpta fuisset imago. Quid simile usquam de cœlibatu legis in arcans literis: Honorandum connubium, & thoris immaculatus prædicatur, cœlibatus ne nominatur quidem. Iam uero Mosaica lex sterile coniugium execratur, atq; ob id a communibus aris quosdam submotos legimus.

a iiii

x raptas

DES. ERAS. ROT. DECLAMATIO

Quamobrem tandem nempe ideo, quod tanque inutiles, & sibi duntaxat uiuētes, populū nulla fo
bole augerent. Quod si lex damnat sterile matri
moniū, cœlibes multo amplius damnauit. Si na
tura pœnam non effugit, ne uoluntas quidē effu
giet. Si damnant quor uolūtati natura defuit, quod
cōmerent īj, qui ne operā quidē dederunt, ne steri
les essent. Hebræorum leges hoc honoris habebant
matrimonio, ut qui sponsam duxisset, eodē anno
non cogeret in bellū exire. Periclitatur ciuitas, nisi
si sint qui eam armis intueantur. At certū exitiū est, nisi
si sint qui eam coniugij beneficio iuuentutē semp
mortalitate deficientē sufficiāt. Quin & Romanæ
leges eos qui cœlibes essent, damno etiā multabāt
a reipublice muneribus secludebant. At qui libe
ris rempublicam auxissent, eis tanque benemeritis
prēmiū e publico statuebant. Argumento est ius
triū liberorum, ne cætera persequar. Lycurgus leges
tulit, ut qui uxores non ducerent, hi & æstate arce
rentur a ludis ac spectaculis, hyeme uero nudi fo
rum circuarent, secundū execrati iusta pati diceret, quod
legibus non paruissent. Iam uis scire quantū ma
trimonio tribuerit antiquitas, uiolati matrimo
niū pœnam perpende, Græci quondā uiolatū ma
trimoniū ius, decenni bello uindicandū cēsuerūt.
Ad hæc non Romanis modo, uerū etiā Hebreis,
& Barbaricis legibus, adulteris pœna capitalis sta

DE LA VDE MATRIMONII

tuebatur. Furem quadruplici poena absoluerebat adulterij scelus securis expiabat. Apud Hebreos autem populi manibus lapidabatur, qui id uiolasset, si ne quo populus non esset. Nec hoc contenta legum severitas, illud etiam permisit, deprehensum adulterium sine iudicio, sine legibus cofodere, nimisrum id donans dolori maritali, quod grauate concessit uim a capite propellenti, quasi laedat atrocius, qui coniugem adimat, quam qui uitam. Profecto sanctissimam quandam rem coniugium uideri necesse est, quod uiolatum humano sanguine sit expiandum, cuius ius poena nec leges, nec iudicem expectare cogitur, quod ius nec in parricidio est.

Sed quid de scriptis legibus agimus? Naturae haec lex est, non tabulis aereis exarata, sed animis nostris penitus insita, cui qui non paret, nec homo quidem sit existimandus, ne dum bonus ciuis. Nam si ut Stoici homines acutissimi disputant, recte uiuere, est naturae ductum sequi, quid tam naturae consentaneum, quam matrimonium? Nihil enim tam a natura, non hominibus modo, uerum etiam reliquo animalium generi insitum est, quam ut suam quodque speciem ab interitu uindicet, & propagatione posteritatis, tanquam immortalē efficiat. Quod sine coniugali coniunctione fieri non posse quis ignoret? Turpissimum autem uidetur, muta pecora nature parere legibus, Homines Gigantum more na-

a v.

DES. ERAS. ROT. DECLAMATIO

turæ bellum indicere. Cuius opus, si oculis haud cœcutientibus inspiciamus, intelligemus in omni rerum genere coniugij speciem quandam inesse uoluisse. Omitto enim iam de arboribus, in quibus Plynio authore certissimo, adeo manifesto sexus discrimine coniugium inuenitur, nt nisi marita arbor in fœminas circūstantes ramis incumbat, tanque concubitu, hæc plane steriles mansuræ sint. Faceo de gemmis, in quibus sexum inueniri scripsit idem author, at non solus. Nonne ita res cunctas uinculis quibusdam connexuit, ut alię alii egere uideantur. Quid cœlum perpetuo motu uersabile, nonne dum tellurem omnium parentē subiectam, uario rerum genere fœcundat, uelut infuso semine, mariti fungitur officio? Sed singulæ percurrere nimis longum arbitror. Quorū autem hæc spectant: eo uidelicet, ut intelligamus coniugali societate & constare, & cōtineri omnia sine ea dissolui, interire, collabi cuncta. Fingunt ueteres illi ac sapientissimi poetæ, quibus studium sicut philosophiæ præcepta fabularum inuolucris tegere, Gigantes anguipedes terræ filios, extructis in cœlū montibus bellum superis intulisse. Quid hæc sibi uult fabula? Nimirum immanes quosdā ac feros homines & obscuros a coniugali cōcordia uehementer abhoruisse, eoque fulmine præcīsū pitatos, hoc est, funditus interisse, cum id uitarent.

DE LA VDE MATRIMONII

quo solo cōstat humani generis īcolumitas . At
īdem Orpheum poetam ac citharœdum saxa du
rissima cantu mouisse commemorat . Quid signi
ficantes ? Nempe uirum & sapientem & facundū ,
homines saxeos & ferarum ritu uiuentes , a uago
concubitu prohibuisse , atq; ad matrimonij sans
ctissimas leges adduxisse . Apparet igitur qui con
nubij amore non tangitur , eum non hominem ,
sed saxum uideri , hostem naturæ , numini rebellē ,
suapte stultitia sibi perniciem accersere . Age uero
quandoquidem in fabulas minime fabulosas ins
cidimus , idem Orpheus , cum apud inferos Pluto
nem ipsum manesq; permouit , ut Eurydicen suā
liceat abducere . Quid aliud poetascogitasse pu
tamus , quam ut nobis coniugalem amorem cō
mendarent , qui apud inferos quoq; sanctus ac res
ligiosus haberetur ? Eodem pertinet quod antiq;
tas coniugio louem Gamelium præfecerit , luno
nem pronubam , Lucinam quæ parturientibus
adesset , Superstitione quidem errans in deorum
nominibus , at non errans in hoc quod matrimo
nium r̄em sacram ac dignam quæ dijs curē sit iu
dicari . Diuersi quidem apud diuersos popu
los ac nationes , ritus legesq; fuere . Nulla uns
quam gens tam suit barbara , tam ab humani
tate omni aliena , apud quam coniugij nomen
non sanctum , non uenerandum sit habitum .

DES.ERAS. ROT. DECLAMATIO

Hoc Thrax, hoc Sarmata, hoc Indus, hoc Gr̄ecus
hoc Latinus, hoc uel extremus orbis Anglus, aut
si qui sint his quoq; semotiores, religiosum habu-
it. Quid ita? quia necesse est omnibus esse cōmu-
ne, quod cōmunis hominū parens inseui, & adeo
penitus inseuit, ut huius rei sensus non solū ad tur-
tures, & columbos, uerumetiā ad immanissimas
feras ptingat. Siquidē leones in uxore mites sunt.
Pro catulis dimicant tigrides. Afinos per obstan-
tes ignes agit, plis tuēdē pietas. Atq; hoc sane ius
naturę uocat, ut efficacissimū, ita latissime patens.
Ut igit̄ diligēs cultor non est, q presentibus rebus
cōtentus, arbores adulteras satis qdem accurate tra-
ctat, cæterū neq; ppagandi, neq; inferendi curam
agit, ppter ea qd' necesse est, paucis annis eos hor-
tos quantumvis diligēter excultos interire. Ita pa-
rum diligēs in repu. ciuis censendus, q p̄fenti tur-
ba cōtentus, de ppaganda ciuiū multitudine non
cogitat. Nemo igit̄ unq; egregius ciuis habit⁹ est,
q non libēris gignēdis, recteq; instituendis operā
dederit. Apud Hebreos & Persas laudi in primis
erat, q plurimas habere uxores, tanq; ei patria plu-
rimum deberet, q eam numerosissima sobole lo-
cupletasset. Num tu Abraham ipso sanctior uide-
ri studies? Is pater multarū gentiū non esset appell-
latus, idq; deo auspice, si uxorū cōtuberniū refu-
gisset. Num tu Iacob religiosior haberī queris?

DE LAVDE MATRIMONII

Is Rachelis amplexus tam diuturna seruitute redi
mere non dubitauit. Num Solomone sapiētor?
At quantū ille uxorū gregē domi aluit. Num So
crate castior? q Xantippen fœminā etiā morosam
domi p̄tulisse legiſ, non tam ut ille suo more iocaſ
batur, q domi disceret tolerantia, sed ne in naturæ
officio claudicasse uidereſ. Intellexit enim uir un⁹
Apollinis oraculo sapiēs iudicatus, hac lege ſe ge
nitū, ad hanc natum, hoc ſe debere naturæ. Nam
ſi recte a ueteribus philoſophis dictū eſt, ſi non teſ
mere a noſtris Theologis cōprobatū, ſi merito,
uel adagionis uice, ubiq̄ decantatū, Nec deum,
neq̄ naturā quicq̄ fruſtra facere, cur hęc membra
tribuit, cur hos ſtimulos: hanc gignendi uim ad
didit: ſi cœlibatus laudi duciſ. Si quis te magniſiſ
co munere donaret arcu, ueste, aut gladio, indiſ
gnus accepto uideberis, ſi uti eo aut noles, aut neſ
ſcies. Cum cetera oīa tanta ratione ſint constituta,
haud uerisimile uideri debet, hac una in re natu
ram dormitasse. Nec audio, q mihi dicat ſœdam
illā pruriginē & Veneris ſtimulos non a natura,
ſed peccato proſectam. Quid tam diſſimile uerit
Quasi uero matrimoniū, cuius munus ſine hiſ ſti
mulis pagi neq̄t, non culpā p̄cēſſerit. Iam in cœſ
teris animantib⁹ unde illi ſtimuliſ an a natura, an
peccato? Mirū ni a natura. Poſtremo nos imagi
natione ſœdum reddimus, qđ ſuapte natura puls

D E S . E R A . R O T . D E C L A M A T I O

chrum ac sanctū est. Alioqui si res non opinione
uulgi, sed ipsa natura uelimus expēdere, q̄ minus
fœdū brutor̄ animantiū more, edere, mandere,
concoquere, excernere, dormire, quā licita p̄mis̄
saq; Venere uti. At uirtuti potius quā naturę pa-
rendū, p̄inde quasi uirtus sit illa discenda, quæ cū
natura pugnet, unde nisi proficiscatur, ne esse quis-
dem poterit, quæ cultu & disciplina perficiatur.
Sed Apostolor̄ te institutum delectat, qui & ipsi
cœlibatum sunt secuti, & alios ad id uitæ genus
sunt cohortati. Imitentur sane apostolos uiri apo-
stolici, quorum cum sit muneris, & docere & in-
stituere plebē, non querunt simul & gregi & uxo-
ri satissacere. Quanq; & apostolis uxores fuisse cō-
stat. Episcopis cœlibatum concedamus. Quid tu
apostolicū institutum sequeris ab apostolico mu-
nere longe alienissimus, homo nimirum & pro-
phanus & priuatus. Illis hoc ueniæ datum est, ut
uacent a coniugij munere, quo magis uacet copi-
osiorē prolem Christo gignere. Sit istud sacer-
dotum ac monachorū priuilegiū, quos appetet
in Essenor̄ institutū successisse. Tui status alia ra-
tio est. At ipse Christus inqes, beatos p̄nuntiauit,
q̄ se se castrarunt ob regnū dei. Non reiçio autho-
ritatē, sed sententiā interpretor. Primū arbitror hoc
Christi dogma, ad ea tempora potissimū p̄tinere,
q̄bus oportebat ab oībus mundi negotijs, quam

DE LAUDE MATRIMONII

maxime expeditū esse. Cursitandū erat p oēs ter
ras, imminebat undiq; psecutor. Nunc is est rerū
ac temporē status, ut nusq; reperias minus inqui
natam morū integritatē, quam apud cōiugatos.
Exaggerent quantūlibet suū institutū monachorū
ac uirginū examina, iactent quantum uolent ces
remonias, cultusq; suos, quibus potissimum inter
cæteros eminent, sanctissimū uitæ genus est, pure
casteç seruatum coniugium. Præterea non is sese
castrat qui uiuit cœlebs, sed qui caste, sancteç co
lit coniugij munus. Atq; utinam uere castrati sint,
quicunq; suis uitijs magnificum castrationis pre
texūt titulum, sub umbra castitatis turpius libidi
nantes. Nec enim mei pudoris esse putq; cōmes
morare, in quæ dedecora sæpe prolabantur, qui
naturę repugnant. Postremo ne præcipit quidem
Christus ulli cœlibatum, at idem diuortium pā
lam interdicit. Mihi sane uidetur, non pessime cō
sulturus rebus ac moribus hominum, qui sacer
dotibus quoq; ac monachis, si res ita ferat, ius ins
dulgeat coniugij. Sed diuina quædam res est, an
gelica res est uirginitas, ac humana quædam res
est coniugium. Ego nunc homo loquor homini.
Laudanda quidem res est uirginitas, at ita, si
non hæc laus ad quam plurimos transferatur.
Quam si uulgo usurpare homines incipient,
quid uirginitate dici, cogitariue possit exitialiuss;

DES. ERAS. ROT. DECLAMATIO

Tum si in cæteris maxime laudē mereat uirginitas , in te certe reprehensione carere non potest, p
quē stabit, quo minus optimū illud genus & im
mortalitate cū prīmis dignū obliteret . Postremo
minimū abest a uirginitatis laude, q ius illibatum
coniugij seruat, q uxorē gignendę proli, non libi
dini habet . Si frater fratris sine liberis defuncti ses
men excitare iubetur, tu uniuersi tui generis spem
interire sines : presertim cum ad te unū reciderit .
Neq uero me clam est, magnis uoluminibus pri
scorꝝ patrū decantatas uirginitatis laudes, quorꝝ
Hieronymus adeo mira ēam , ut nō multū absit
a contumelia matrimonij, & ab episcopis ortho
doxis ad palinodiā inuitaret . Verū donec hic ar
dor illis temporibus . Nunc optarim, ut isti q paſ
sim sine delectu, ad cœlibatū ac uirginitatē adhor
tan̄ etatē, que sibi nondū est nota , hoc opere col
locarent in describenda imagine casti puricꝝ ma
trimonij . Atq h̄is ipſis, qbus tantopere placet uir
ginitas, non displicet bellū aduersus Turcarꝝ gen
tem, q numero tot partibus nos superant, quorū
si rectū est iudiciū, consequēt, ut in primis rectū &
honestū habeat, p uirili liberis gignendis operā
dare, et iuuentutē in belli usum sufficere . Nisi forte
bombardas, tela, naues, ad hoc bellū apparandas
putant, uiris opus esse non putant . Idem probāt,
ut Ethnicorꝝ parētes ferro trucidemus, quo liceat

DE LAVDE MATRIMONII

filios etiā inscientes baptizare. id si uerū est, q̄nto
mitius est idem efficere cōiugior̄ officio. Quare
si quid honestū, si pietas, si religio, si officiū, si uir-
tus te mouet, cur ab eo abhorres, quod deus insti-
tuit, natura sanxit, ratio suadet, diuinæ pariter &
humanæ literæ laudant, leges iubent, oīm gentiū
consensus approbat, ad qđ optimi cuiuscq; exem-
plum adhortat? Quod si pleraeç res etiā acerbæ
uiro bono sunt expetendæ, non alio noīe, q̄; quod
honestæ sunt, matrimoniuū pfecto multo maxime
expetendū de q̄ q̄s dubitare possit, plus ne habeat
honestatis, an uoluptatis. Quid eīn dulciss, q̄; cū
ea uiuere, cū q̄ si non benevolentię modo, uerum
etiā corporę mutua quadā cōmunione arctissim-
me copulatus? Si magnā q̄ndā animi delectatio-
nem ex reliquor̄ necessarior̄ benevolentia capis-
imus, q̄; dulce in primis sit habere, q̄ cū animi tuī
secretos affectus cōmunices, q̄ cū pīnde ut tecum
loquaris, cuius fidei te tuto cōmittas, q̄ tuas fortu-
nas suas esse ducat, qđ tu credis habere fœlicitatis
mariti uxoriscq; coniunctionē, qua nulla possit in
rerum natura inueniri, necq; maior necq; firmior.
Cum ceteris eīn amicis animor̄ duntaxat bene-
uolentia cōiungimur, cū uxore & summa charis-
tate, & corporę pmutatiōe, & sacramēti sœdere, &
fortunarum omniū societate copulamur. Prætes-
rea in ceteris amicicijs quanta simulatio? quanta

b

DES. ERA. R O T. DECLAMATIO

perfidia: s̄æpe īj quos nostri amantissimos existimauimus, sicut hirundines exacta æstate deuolat, ita fortuna reflante deficiunt. Nonnunquam recentis oramicus ueterē ejicit. Paucos audiuimus, quorum fides usq; ad uitæ finē cōstiterit. Vxoria charitas non pfidia corrumpit, nulla simulatione obscuratur, nulla rē mutatione cōuelliit, deniq; sola morte, immo ne morte quidē distrahit. Illa parentum, illa sororū, illa fratrū pietatē, tui amore contemnit, te unū respicit, ex te pendet, tecū emori cupiat. Res est: habes quæ tueāt, habes quæ augeat. Non est: habes quæ quærat. Si res secundæ sint, duplicatur ſc̄licitas. Si aduersæ, erit quæ te conſoleāt, quæ affideat, quæ inferuat, quæ tuū malū suū esse cupiat. An tu uoluptatē ullā cum hac tanta cōiunctione conferendā censes? Si domi agis, adeſt quæ ſolitudinis tedium depellat. Si foris, eſt quæ diſcedentē osculo proſequat, absentē deſyderet, redeuntē lēta excipiat. Dulcis iuuentutæ tuæ ſodalis, gratum ſe nec tutis ſolaciū. Natura homini quidem dulcis eſt uel quæuis ſocietas, quippe quæ ad beneuolentiā atq; amicitiā genuit. Hęc igitur quomodo nō erit dulcissima, in qua nihil non cōmune eſt. Contra aut si ſeras quoq; ſolitudinē horrere, ſocietate delectari uidemus, mea ſententia ne homo quidē ſit existimandus, qui ab hac ſocietate omnium & honestissima & iucundissima abhorreat. Quid

DE LAUDE MATRIMONII

enim eo homine odiosius: qui tanque sibi uni natus, sibi uiuat, sibi querat, sibi parcat, sibi sumptum faciat, nemine amet, amet a nemine. At non istiusmodi portentum dignum censebitur, quod cum Timone illo ex uniuerso hominum cotubernio in medium mare projiciatur. Nec hic ausum illas tibi uoluptates, pponere, quibus cum natura nihil uoluerit esse homini dulcissimus, nescio tamen quo pacto a magnis ingenii dissimulanti potius, quam contemnuntur. Quanquam adeo seuero, nec dicam stupido, sit natus ingenio, quem eiusmodi uoluptatum genere non capiat, presertim si citra numinis aut hominis offensam, citra famam detrimentum possit contingere. Evidenter enim non hominem, sed plane saxum dixerim. Etiam si minus bona honorum, quae habet coniugium pars est, ea corporum uoluptas. Sed fac te istam ut uiro indignam contemnere, quanquam nec viri quidem uocabulum sine his meremur. Ponamus si uis inter extrema coniugii comoda. Iam quod casto amore esse potest amabilius. Immo quod sanctius atque honestius. Accrescit interim dulcis affinitum turba. Duplicatur parentum, fratrum, sororum, nepotum numerus. Natura enim una duntaxat matrem, unum patrem tribuere potest. Coniugio pater alter, altera mater accedit, quod te, ut cui sua uiscera commiserint, singulari pietate, non posse qui non possunt. Iam uero quanti illud aestimabis, ubi pulcherrima coniunx pulchra faciet te, prole parentem?

b ij

DES. ERA. S. ROT. DECLAMATIO

Vbi quo*stib*i paruulus aula lusserit Aeneas, quo*t*uos,
tu*q*ue*c*o*iu*gis uultus referat, quo*t*e blanda balbutie
patr*e* appellitet. iam accelerit coniugali charitati
uincul*u* adamantin*u*, quo*d*'ne mors quid*e* ipsa que
at abrumpere. Foelices (in*q*u*o* Flaccus noster) ter
& amplius, quo*s* irrupta tenet copula. Nec malis di
uulso*s* queremoni*s*, Suprema citius soluet amor
die. Habes quo*t* senectut*e* tu*u* oblect*e*t, quo*t* oculos claus
dant, quo*t* iusta prosolu*at*, in quo*b*us renatus uidearis, quo*b*us
sup*er*stitibus tu ne occidisse quo*d*e puteris. Non
abe*u*it ad alienos heredes, que*tib*i parasti. Ita tan*q*
o*b*us profuncto, ne mors quo*d*em ipsa acerbe uideri
poterit. O*b*us uelimus nolim*u* senectus imminet.
Hac ratione natura propriexit, ut in liberis ac nepo*t*
tibus repubescamus. Quis em*u* grauiter ferat senes
c*en*te*u*, ubi suos uultus quos adolescens gessit, in fi
lio conprexerit. Mors o*b*us parata est. At hac una
uia uelut immortalitat*e* quind*a* medita*t* natur*e*, pui
dentia, dum sic aliud ex alio propagat, ut ueluti cum
plana arbore excisa repullulat, nec interisse uideas
tur, qui prole reicta morit*r*. At minime me fugit,
quid inter hae*c* obmurmures. Beata res est coniu
gi*u*, si o*ia* sec*un*da eueniant, sed quo*d* si morosa contine
gar uxori*s*? Quid si impudica*s*? Quid si liberi imp*ij*
pueniant*s*? Occurrent animo tuo exempla eor*u*, quo*b*us
coniugi*u* exiti*u* attulerit. Exaggera quantum
potes, sed tamen homin*u* ista uitia fuerint, non co

DE LAVDE MATRIMONII

iugij. Crede mihi non solet nisi malis maritis mala uxor contingere. Adde quod tibi in manu est, ut bonam eligas. Quid si corrumpat? A malo quidem marito uxor bona corrumpi potest, a bono mala corrigi consueuit. Falso uxores accusamus. Nemo, si quod mihi credis, unquam nisi suo uitio imprimbam uxorē habuit. Iam ex bonis parentibus, fere me similes nascunt liberi. Quanq; & hi utcūq; natī, fere tales euadūt, quales illos finxeris institutiōe. Iam uero non est quod' zelotypiā metuas. Iste stulte amantiū morbus est. Castus ac legitimus amor zelotypiā nescit. Quid tibi tragœdiæ in mentē ueñiunt? Hęc maritū adultera securi p̄cussit, hęc ueñeno sustulit, illa mōrū odio ad mortē adegit. Cur non potius Tiberij Gracchi Cornelia succurrit? Cur non Alcestis non optimi mariti cōiunx optima? Cur non occurrit uel Julia Pompeij? uel Caſtonis Portia? Cur non ēterno nomine digna Artemisia? Cur non Hypsicratea Mithridatis Pontici regis uxor? Cur non Tertiæ Aemiliæ comitas in mentē uenit? Cur non Turiæ fides? Cur nō Lucretia, Lentulaq; succurrit? Cur non Arria illa a Plynio celebrata? Cur non innumeræ aliæ: quarū & pudicitia, & fides in maritos, ne morte qdē posuit immutari. Rara inq; suis i terris mulier p̄ba. Et tu rara uxore dignū te finge, Mulier, inqt sapiēs ille, bona pars bona. Aude tuis moribus dignam

b ij

DES. ERAS. R O T. DECLAMATIO

sperare. Plurimū in hoc sitū est, q̄ deligas, quomo-
do singas, qualē ipse te illi pr̄ebeas. Sed dulcius est
inquietus, libertas. Quisquis uxorē accipit, compes-
des accipit, q̄s sola mors possit excutere Quid aut̄
dulce esse homini soli possit? Si dulcis est libertas,
sociā asciscendā censeo, qua cū bonū istud tibi cō-
mune esse uelis. Quanq̄ qd ista seruitute liberius;
ubi ita uterq; alteri obnoxius est, ut neuter manu-
mitti uelit? A strictus es ei, quē in amicitia recipit.
At hic nemo libertatē ademptā clamitat. At uere-
ris ne liberis morte absumptis, orbus in luctū in-
cidas. Si orbitatē times, ob id ipsum ducēda uxor
est, quæ sola hoc pr̄estare potest, ne sim⁹ orbi. Sed
qd tu tam diligēter, immo anxie, oīa matrimonij
incōmoda disgris? Quasi cœlibatus nihil habeat
incōmodi. Quasi uero ulla sit uita mortaliū, quæ
nō sit oībus fortunę subiecta casib⁹. E uita migret
oportet, q̄ nihil incōmodi ferre uelit. Qd si ad cœ-
lestem illā uitā respicias, mors hæc hoīm uita est,
haud uita dicēda. Sin intra humanā conditionē
animū cōtineas, nihil est cōiugali uita, nec⁹ tutius,
nec⁹ tranquilius, nec⁹ iucundius, nec⁹ amabilius, ne-
c⁹ fœlicius. Sed qd nos de honesto ac iucundo di-
sputamus, cū non utilitas modo suadeat, uerū etiā
necessitas ad cōiugiū impellat. Tollite matrimonij
um, p̄ paucis annis uniuersum hoīm genus fundi-
tus intereat necesse est. Xersen illū Persarū regem

DE LA VDE MATRIMONII

cum ex ædito loco ingentem illam hominū multitudinem intueretur, lachrymas non tenuisse discunt, quod ex tantis hominum milibus, post annos sexaginta, nullus omnino superfuturus esset. Cur quod ille de suis copijs intellexit, non etiam de uniuerso hominum genere perspicimus? Sublatto coniugio, quotusquisq; ex tot regionibus, prouincijs, regnis, urbibus, cœtibus, post centum annos supererit? Eamus nunc & cœlibatum miremur, q; æternā sit generi nostro cladem allaturus. Quę pestis, aut lues a supis aut inferis immitti possit nocentior? Quid ab ullo diluvio timeri possit acerbius? Quid tristius expectet, etiā si Phaethon temē redeat incendiū? At ex huiusmodi qdē tempestatibus multa relinq; solent in columnia, ex cœlibatū nihil reliqui fieri potest. Videmus quantū morborum agmen, quo casuum discrimina, noctes diesq; hominum paucitati insidentur. Quot pestis absimit, quot absorbet mare, quot Mauors abripit. Taceo enim de quotidianis mortibus. Circumuolat undiq; mors, ruit, rapit, properat quantum potest genus nostrum extinguere, & nos cœlibatum miramur, coniugium fugimus? Nisi forte placet Eessenorum institutum, aut Dulopolitanum, quorum gentem facinorosam nunquam deficiens numerositas propagat. Num exceptamus, ut Iupiter aliquis nos eodem munere

b iiiij

D E S . E R A S . R O T . D E C L A M A T I O

donet, qđ apibus tribuisse dicit̄, ut sine cōcubitu
fœtificemus, & posteritatis semina e flosculis ore
legamus? An uero postulamus, ut sicut e lous ce
rebro Mineruā pgnatā poetæ fabulan̄, ita nobis
e capite liberi exiliāt? An deniq; ut iuxta ueterum
fabulas, e terra, e saxis, plectis, e duris arbor̄ trun
cis hoīes, pducant̄. E terrę gremio pmulta sine no
stro cultu enascuntur. Plantulæ sub umbra matris
ſepe pullulas cant, at homini hanc unā, ppagandi
uiam natura esse uoluit, ut mutua mariti, uxorisq;
opa mortaliū genus ab interitu vindicaret̄, quod
ſi fugiant tuo exemplo mortales, ne ista quidem,
quę tu miraris, esse poterunt. Cœlibatū miraris, ſu
ſpicis uirginitatē? At ne cœlibes erunt, nec uirgi
nes, ſi cōiugij uſum ſuſtuleris. Cur igit̄ prælata eſt
uirginitas? cur honorata, ſi exitiū ad fert mortaliz
bus? Laudata eſt, ſed, p tpe, ſed in paucis. Voluit
enim deus hoībus cœleſtis illius uitę tanq; imagi
nem quandā & ſimulachrū ostendī, ubi necq; nu
bent ullę, necq; nuptū dabunt ulli. Sed ad exemplū
paucitas idonea eſt, multitudo inutilis. Ut em̄ nō
oīs agri, quanq; feraces, ad uſum uitæ ferunt̄, ſed
pars negligit̄, pars oculis pafcedis colit̄. At patit̄
hoc ipsa reꝝ copia, in tanta aruor̄ amplitudine,
exiguā partē ſterile relinq;. Verū ſi nulli ferant̄, q̄s
non uideat nobis ad glandes fore redeundū? Ita
cœlibatus in tanta hoīm multitudine, in paucis

DE LA VDE MATRIMONII

quidē laudē habet, in oībus summā reprehensionē
habitura. Iam si maxime in alijs sit uirtutis nomē
habitura uirginitas, in te certe uitiosa fuerit. Ceteris
ri eī puritati studuisse uidebunt, tu generis parisi
cida iudicaberis, qd' cū honesto cōiugio ppagare
potueris, turpi cōelibatu passus sis interire. Liceat
e numerosa sobole uirginē deo cōsecrare. Rustici
frugū primitias supis immolant, non uniuersum
puentū, at te unū stirpis tuę reliquias esse memine
ris oportet. Nihil aut̄ refert utrū occidas, an serua
re recuses, q̄ a te uno seruari et poterat, & facile po
terat. At sororis exemplū te ad cōelibatū adhorta
tur. At ista uel una re potissimū debebas a cōliba
tu deterreri. Generis eī spē, q̄e prius utrisc̄ erat
cōmunitis, nunc totā ad te unū reuolutā intelligis.
Deī hēc uenia sexui, deī ætati, puella dolore uicta
peccauit, stultar̄ muliercular̄, aut stultor̄ monas
chor̄ impulsu sese prēcipitē dedit. Tu maior natu
uirum te esse memineris necesse est. Illa maiorib̄
suis cōmori uoluit, tu ne moriant̄ operādabis. So
ror subduxit sese officio, tu duor̄ tibi partes obe
undas esse cogita. Non dubitarunt filiæ Loth, cū
patre temulēto rem habere, satius esse iudicantes
nefario etiā incestu generi cōsulere, q̄ pati iterire.
Tu matrimonio honesto, sancto, pudico, sine of
fensa, summa cū uoluptate, non cōsules tuo gene
ri aliquā intermorituro. Quare sinamus eos Hip
b v

DES. ERAS. ROT. DECLAMATIO

polyti institutū imitari, sectent̄ cœlibatū, uel q̄ ma
riti fieri possunt, patres non possunt, uel quorū te
nuitas liberis educandis nō suppeditat, uel quorū
genus aliorū opa possit, ppagari, aut certe eiusmo
di est, ut magis Reip. cōducat intermori q̄, ppaga
ri. Tu uero cū teste Medico uiro neq; imperito &
minime mendaci, magnā posteritatē, pmittere uis
dearis. Patrimoniū habeas amplissimū, genus aut̄
tum optimū, tū clarissimū, ita ut obliterari sine ne
phario scelere, magnoc̄ Reip. detrimēto nō pos
sit. Tum adsit etas integra, nec desit forma. Offerā
tur uero cōiunx puella, q̄ neq; integrorē, neq; il
lustrorē ullā uiderunt ciues tui, pudica, modesta,
pia, facie diuina, cū dote amplissima. Cum rogēt̄
amici, lachrymen̄, ppinq; instēt affines, patria flas
gitet, ipsi maiorū tuorū cineres e tumulis id ipsum
te obtesten̄, tu tñ adhuc cōtaris, adhuc cœlibatū
cogitas? Si q̄ res parum honesta abs te peteret si q̄
difficilis, tñ uel tuorū uota, uel generis charitas ani
mū tuū expugnare debuerat. Quanto æquius est
id amicorū lachrymas, patriæ pietatē, maiorū chas
ritatem abs te obtainere, ad qd̄ te diuinę pariter &
humanę leges hortant̄, natura istigat, ratio ducit,
honestas allicit, tot cōmoda inuitat̄, necessitas etiā
cogit. Sed iam argumētorū plus satis. Confido te
iamdudū me monitore sentētiā mutasse, animūq;
ad salubriora consilia appulisse. Bene Vale.

DE LA VDE MEDICINAE.

ERASMVS RO

TERODAMVS D. HENRICO
AFINIO LYRANO INSI-
GNI MEDICO. S.D.

Nuper dum bibliothecā recenseo doctissime Afini. uenit in manus oratio quedā olim mihi nihil non experienti, in laudē artis medicæ declamata, continuo uisum est orationem nō optimā optimo dicare medico, ut uel tui nominis lenocinio studiosorū centurijs commēdetur. Erit hoc interim mei in te animi quales cunq; documentū, dum dabitur aliud nostra necessitudine dignius. Bene Vale. Louanij, tertio Idus Martias. Anno. M. D. XVIII.

DECLAMATIO EIVSDEM IN LA VDEM ARTIS MEDICAE.

Quo sæpius est ars medicinæ, meditatis & elaboratis orationib; hoc ex loco, apud plerosq; uestrū prædicata, idq; a uiris singulari facundia præditis, auditores celeberrimi, hoc mihi sane minus est fiduciæ, me uel tantæ, uel

DES. ERASMI ROTERO.

auriū uestrarū expectationi satisfacturū. Necq; em
rem ppe diuinā, nostra facile assequēt infantia, ne
q; uulgaris oratio de re toties audita tædiū possit
effugere. Verū tamen ne salutari maiorꝝ instituto
uidear deesse, q; solenni encomio iuuentutis ani
mos ad huius præclaræ scientiæ studiū, admirati
onem, amorem, excitandos, accendēdos, inflam
mandosq; censuerūt, experiar & ipse p mea uirili
(Siquidē me dicentē adiutabit uestra tum attentio
tum humanitas, fauore candido pſequentes, quē
ad hoc muneris uestra adegit authoritas) medicæ
facultatis dignitatē, authoritatē, usum, necessitatē,
non dicam explicare, qd' prorsus infiniti fuerit ne
gotij, sed summatim modo perstringere, ac ueluti
cōfertissimas locupletissimę cuiuspiā reginę opes,
p transennā, ut aiunt, studiosorꝝ exhibere conspe
ctibus. Cuius quidē ea uel p̄cipua laus est. Primū
qd' nullis oīno p̄conijs indiget, ipsa abunde p se
uel utilitate, uel necessitate cōmēdata mortalibus.
Deinde qd' toties iam a tam præclaris ingenijs p̄
dicata, semper tñ nouā laudū suarum materiam,
ingenijs etiā parū fœcundis ex se suppeditat, ut
nihil necesse sit, eam uulgato more inuidiosis illis
cōtentioñibꝝ, non sine ceterarꝝ disciplinarꝝ contu
milia deprædicare. Quid illud magis metuendū,
ne domesticas illius dotes, ne germanā ac natīuā
amplitudinē, ne maiestatē humana cōditione ma

DE LAUDE MEDICINAE.

Iorem, mortalis oratio non assequatur. Tantū ab
est, ut uel aliena contumelia, uel ascititij Rhetor
fucis, aut amplificationū p̄stigij sit attollēda. Me
diocrium est formar, deformiorū comparatione
aut cultus lenōcinijs cōmendari. Res per se uerec
preclaras, satis est uel nudas oculis ostendisse. Iam
primū enim (ut ad rem festinemus) reliquę artes,
quoniā nulla non magnā aliquā uitae cōmoditas
tem attulit, summo quidē in precio fuere. Verum
medicinæ quondā tam admirabilis fuit, humano
generi inuentio, tam dulcis experientia, ut eius au
thores, aut plane, p̄ dijs habiti sint, uelut Apollo,
& huius filius Aesculapius, immo (qd̄ ait Plini
us) singula quosdā inuenta deorū numero addis
derunt, aut certe diuinis honoribus digni sint exi
stinati, uelut Asclepiades, quē Illyrici numinis inz
star receptū, Herculi in honoribus æquarunt. Nō
equidē probō quod fecit antiquitas, affectū sane
ac iudiciū laudo, quippe quæ recte & senserit &
declararit, docto fidoc p̄ medico nullū satis dignū
premiū persolui posse. Etenim si quis secum repu
tet, q̄ multiplex in corporib⁹ humanis diuersitas
quanta ex ætatibus, sexu, regionibus, cœlo, educa
tione, studijs, usu uarietas, q̄ infinita, in tot milib⁹
herbarū (ne qd̄ interim dicā de cæteris remedijis)
quæ alibi aliæ nascuntur discriminā, Tum quor
sint morborum genera, quæ trecenta nominatim

DE SERASMI ROTERO.

Suiffe prodita scribit Plinius, exceptis generū partibus, quarū oīm ꝑ nullus sit numerus, facile perspendet, q̄ tantū norit quot formas in se febris uocabulū cōpleteat, ut ex uno cetera æstiment̄, exceptis his, q̄ quotidie noui accrescunt, nec secus accrescunt, q̄ si de cōposito cū arte nostra bellū suscepisse uideant̄. Exceptis uenenorū plus mille periculis, quoꝝ quot species sunt, tot sunt mortis genera, totidē remediorū differentias flagitantia. Exceptis casibus quotidianis, lapsuū, ruinarū, ruptiōnum, adustionū, luxationū, uulnerū, atq̄ his cōsimiliū, quę prope cum ipso morborū agmine ex æquo certant. Deniq̄ q̄ cogitet, quanta sit in corporum cœlestiū obseruatione difficultas, quę nisi cognoris, s̄e penumero uenenū erit, quod in remedium datur. Ne qd interim cōmemorē, s̄epe fallaces morborū notas, siue coloris habitū species, siue lotij signa rimeris, siue pulsus harmoniā obserues, uelut hoc agentibus malis, ut hostem medicū fallant, & imponant. Tantū undiq̄ sese effundit difficultatū, ut mihi difficile sit oīs uel oratione p̄sequi. Sed ut dicere cœperā, has oīs rerū uarietas studio p̄sequi, obscuritates ingenio assequi, difficultates industria peruincere, ac penetratis terræ fibris, excussis undiq̄ totius naturæ arcanis, ex omnibus herbis, fruticibus, arboribus, animantibus, gemmis, ex ipsis deniq̄ uenenis, cunctis hu-

DE LA VDE MEDICINAE.

manæ uitæ malis , efficacia querere remedia, atq; horū opportunū, ex tot authorib⁹, tot disciplinis, immo & ab istis syderibus petere . Hæc, inq; tam abdita rimari cura, tam ardua uiribus animi adi pisci, tam multa memoria cōplete, tam necessaria ad salutē uniuersi mortaliū generis in cōmune p̄ ferre. nonne prorsus homine maius ac plane diuinum quiddā fuisse uideſt? Absit inuidia uerbis. Li ceat id qd' uero uerius est ingenue p̄dicare . Non me iacto, sed artē ipsam effero. Etenim si dare uitā p̄priū dei munus est, certe datā tueri, iamq; fugientem retinere, deo p̄ximū fateamur oportet, Quan quam ne prius quidē illud , qd' nos soli deo pro p̄riū esse uolumus, medicorū arti detraxit antiquitas, ut credula, ita gratissima Nā Aesculapij quidē ope Tyndaridam, q; post eū cōplures ab Orco in lucē redisse credidit . Asclepiades hominē exanis matū, elatū , cōplo ratūq; ab rogo domū uiuū re duxisse legiſt. Xanthus historicus catulum Leonis occisum, præterea & hominē , quē draco occides rat, uitæ redditū fuisse, posteris prodidit , herba q; halin noīant. Ad hæc Iuba in Africa quendā herba reuocatū ad uitā testis est. Necq; uero laborauerim, si sint apud quos hæc fide careant. Certe(qd' agimus) admirationē artis, tanto magis implent, quanto magis supra fidem ueri sunt , & immensum esse fateri cogunt , id quod uero supersit.

DES. ERASMI ROTERO.

Quanque quantum ad eum attinet, qui uitae redditur
quid refert, uerum anima denuo in artus relictos di-
uinitus reponatur, an penitus in corpore sepulta,
morbicque uictoris oppressa uiribus, arte curacque me-
dici suscitetur atque eliciatur, iamque certo migratu-
ra retineatur? An non pene paria sunt, mortuum
restituere, & mox moriturum seruare? Atqui per-
multos nominatim recet Plinius libro historiæ
mundanæ septimo, qui iam elati partim in ipso
rogo, partim post dies cōplusculos reuixerint. Mi-
raculū est quod paucis dedit casus. Et non magis mi-
randū, quod quotidie multis largitur ars nostra:
Etiam si hanc deo Opt. Maximo debemus, cui ni-
hil non debemus, ne quis hec a me putet arrogan-
tius dicta quam uerius. Compluriū morborum ea
uis est, ut certa mors sint, nisi præsens adsit medis-
cus, ueluti stuporis, qui mulieribus potissimū so-
let accidere, ueluti syncopis profunda, paralysis,
apoplexia, Necque desunt ulli uel seculo, uel gēti sua
in hanc rem exempla. Hic qui morte ingruentem
arte sua depellit, quod uitam subito oppressam reuo-
cat, nonne ceu numen quoddā dextrū ac propici-
um semper habendū est. Quot censes homines
ante diem sepultos fuisse priusque medicorum soler-
tia, morborū uires, & remediorū naturas depre-
henderat? Quot hodie mortalitum milia uiuunt ua-
lentque, qui ne natui quidē essent, nisi eadē hec ars,

DE LA VDE MEDICINÆ.

& tot nascendi discriminibus remedia, & obstetri
candi rationē reperisset. Adeo statim in ipso uitæ
limine, & pariens simul & nascens, salutarē medi-
corum opem, miserabile uoce implora. Horū ar-
ti uitam debet, & q̄ nondū uitam accepit, dum p-
eam phibent aborsus, dum mulieri seminis recipi-
endi retinēdīq̄ uis conserf̄, dum pariendi facul-
tas datur. Quod si uere dictū est illud, Deus est iu-
uare mortalē, profecto mea sententia aut nusq̄ lo-
cum habebit, illud nobile Gr̄ecorum adagium
ἄνθρωπος ἀνθρώπου λαμόνος, aut in medico
fido proboḡ locū habebit, q̄ non iuuat modo,
uerumetiā seruat. An non igit̄ ingratitudine ipsa
uideat ingratiōr, ac ipse, ppe uita indignus, q̄ me-
dicinā alterā scđm deū, uitæ parentē, tutricē, serua-
tricem, uindicē, non amet, non honoret, non suspī-
ciat, non uenere? Cuius præsidij s nunq̄ ulli non
est opus. Nam reliq̄s quidē artibus, nec semp, nec
oēs egemus. huius utilitate mortalit̄ omnis uita
constat. Nam fac abesse morbos, fac oībus p̄spe-
ram adesse ualetudinē, tamen hanc q̄ poterimus
tueri, nisi medicus cibor̄ salutariū ac noxiorū di-
scrimen, nisi totius uictus, quā Gr̄eci diētam uo-
cant, rationē doceat. Graue mortalibus est onus
senecta, quā non magis licet effugere, quā mortē
ipsam. Atq̄ ea medicor̄ opera multis contingit,
tum serius, tum multo etiam leuior. Necq̄ enim fa-

c

DES. ERASMI R O T E R O.

bula est, quinta, quam uocat, essentia, senio depulso hominē uelut abiecto exuuio reiuuenescere, cū extent aliquot huius rei testes. Necq; uero corporis tantum, quæ uilior hominis pars est, curam gerit, imo totius hominis curā agit, etiam si Theologus ab animo medicus a corpore sumat initium. Siquidē ppter arctissimā arborē inter se cognationem & copulā, ut animi uitia redundāt in corpus ita uicissim corporis morbi animę uigorē, aut impediunt, aut etiā extingunt. Quis æque ptinax suas for abstinentię, sobrietatis, moderandę irā, fugiendę tristitia, uitandę crapulę, amoris abiecti, temperandę ueneris, atq; medicus: Quis efficacię sua det ægroto, ut si uiuere uelit, & salutarē experiri medici opē, prius animū a uitiorē colluuie repurget: Idē quoties uel dieterica ratione, uel ope pharmaceutica bilem atram minuit, labantes cordi uires reficit, cerebri spiritus fulcit, mētis organa purgat, ingeniū emendat, memorię domiciliū sarcit, totūq; animi habitū cōmutat in melius, nonne p exteriore, ut uocant hominē, & interiorē seruat: Quid Phreneticū, Lethargicū, maniacū, syderauū lymphatū restituit, nonne totū restituit hominē: Theologus efficit ut homines a uitīs resipiscant, at medicus efficit ut sit q̄ poscūt resipiscere. Frustra ille medicus sit animę, si iam fugarit anima, cui patatur antidotus. Cū impiū hominē subito corris

DE LAVDE MEDICINAE.

pit paralysis, apoplexia, aut alia quædā p̄sentanea
pestis, quæ uitā prius adimat, quā uacet de castigā
da cogitare uita, hunc q̄ restituīt, alioquin infelis
citer in suis scelerib⁹ sepeliendū, nonne quodam⁹
modo tū corpus, tū animū ab inferis reuocat? In
eū certe locū reponit hominē, ut ei ī manu iam sit,
si uelit eternā mortē fugere. Quid suadēbit lethar⁹
gico Theologus, q̄ suadentē non audiat? Quid
mouebit phreneticū, nisi medicus prius atrā bilē
repurgari? Pietas ceteręq; uirtutes, qb⁹ Christia⁹
na cōstat fœlicitas, ab animo potissimū pendent,
Haud inficior. Ceterū qm̄ is corpori illigatus, cor
poreis organis uelit nolit uti, fit ut bona pars bo
ne mētis a corpis habitu pendeat. Per multos hos
mies infelix corpis temperatura q̄ Gr̄eci modo
κράσις modo σύσκυμα uocāt, uelut iuitos ac recla
mantes, ad peccandū p̄trahit, dū animus infessor
frustra moderat̄ habenas, frustra subdit calcaria,
sed equū ferocientē, in p̄cipitiū seq̄ cogit. Animus
uidet, animus audit, sed si oculos occuparit glau⁹
coma, si aurīū meat⁹ crassus humor obsederit, fru
stra uim suā habet anim⁹. Odit anim⁹, irascit⁹ ani
mus, aut uitiosus humor mētis organa obsidēs in
causa ē, ut oderis, quē amore dignū iudices, irasce
ris cui nolis irasci. Philosophiē sūmā i hoc sitā esse
fateſ plato, si rōi pareat affeſ⁹, atq; ad eā rē p̄cipu⁹
est adiutor medic⁹, hoc agēs, ut ea p̄s hois uigear

c ii

DES. ERASMI ROTERO.

sapiatq; cuius arbitrio gerunt, quęcunq; cū laude
gerunt. Si hominis uocabulo censem indigni, q
pecudū ritu capiuntur cupiditatibus, huius nomi
nis dignitatē bona ex parte debemus medicis. Id
cū maximū sit in singulis ac priuatis, quanto p̄
clarius est beneficiū, cum id p̄statur in principe.
Nulla fortuna magis est obnoxia malis huiusmo
di, quā sc̄elicissimor̄ regū. Quos aut̄ rerū tumultu
tus ciet unius homunculi uitiatū cerebrū. Frustra
reclament qui sunt a consilījs, furis o princeps, ad
te redi, ni medicus arte sua neq; uolenti, necq; senti
enti suā mentē reddiderit. Si Caligulæ fidus adsu
isset medicus, non usq; ad pugionū ac uenenorū
scrinia in perniciē humani generis insanisset. Atq;
ob eam sane causam publica consuetudine rece
ptum est apud omnis orbis nationes, ne princeps
usq; gentium agat, absq; medicis. Proinde cordati
principes, nulli unq; arti plus honoris habuerunt,
quā medicinę. Quandoquidem Erasistratus (ut re
liquos taceam) Aristotelis ex filia nepos, ob Anti
ochum regē sanatū centum talentis donatus est a
Ptolem̄o huius filio. Quin & diuinæ literę iubet
medico suū haberī honorē, non tantū ob utilitatē
uerum etiam ob necessitatē, ut in ceteros benemē
ritos ingratitudo sit, in medicū impietas, quippe
qui tanq; beneficij diuini adiutor, id arte sua tue
qd' optimū nobis & charissimū largitus est deus,

DE LA VDE MEDICINAE.

uidelicet uitam. Parentibus n. hil non debemus, quod per hos uitæ munus accepisse quodammodo uidemur. Plus mea sententia debetur medico, cui toties debemus, quod parentibus semel dunt taxat debemus, si tamen illis debemus. Pietatem debemus his, qui hostem a ceruicibus depulit, et medico non magis debemus, qui pro nobis seruans dis cum tot capitalibus uitæ hostibus quotidie de pugnat. Reges ceu deos suspicimus, quia uitæ, nec ciscæ ius habere creduntur, q; tamen ut possint occidere, certe uitæ non aliter dare possunt, nisi quatenus non eripiunt, quemadmodum seruare dicunt latrones, si que non iugulent, nec aliam tamen uitam dare possunt, quam corporis. At quanto propiore ad diuinam benignitatē accedit medici beneficium, Hominē iam inferis destinatū, arte, ingenio, cura, fidec; sua, uelut ex ipsis mortis faucibus retrahens: Alijs in rebus profuisse sit officiū, ceterū in certo corporis animiq; periculo seruasse plusc; piezas est. Adde his qd' quicquid in hominē magnū est, eruditio, uirtus, naturæ dotes, aut si quid aliud id omne medicoræ arti acceptū feramus oportet, quatenus id seruat, sine quo ne reliqua quidē queant subsistere. Si oīa ppter hominē, & hominem ipsum seruat medicus, nimirū oīm nomine gratia debetur medico. Si non uiuit, q; uiuit morbis obnoxius, & uitam salubrē aut reddit aut tuetur me

c. iii

DES. ERASMI R O T E R O.

dicus, an non cōuenit hūc ceu uitę parentē agnoscere? Si res exoptanda est immortalitas, hūc medicorę industria, quoad licet meditat̄, quæ uitam in longū proget. Quid enim hic notissima referā exempla. Pythagorā, Chrysippū, Platonē, Cato nem Censoriū, Antoniū Castore, cumq; his innumerabiles, quorę pleriq; medicinę obseruatione, uitā ab omni morbo liberā, neq; fatiscente ingeniū uigore, neq; concussa memorię soliditate, neq; fractis aut labefactatis sensibus, ultra centesimum annū, progarunt. An non istuc est immortalitatis quā speramus, hic iam nunc imaginē quandā exhibere? Christus ipse immortalitatis author ac uinclex unicus corpus assumpsit, mortale quidē illud sed tñ nullis morbis obnoxiū. Crucē non horruit, morbos horruit. An non pulcherrimū fuerit, nos principē nostrū in hoc quoq; p uiribus imitari? Apostolos, quorę nemo fere non multā uixit etatē, cęlos legimus, imperfectos legimus, egrotasse non legimus. Quocunq; pacto hoc illis contigit, certe prestat idē ars medicorę, qd' illis prestitit sua fœlicitas. Nec enim audiendos arbitror, q nobis non minus indocte, quā impudenter solent illud obijcere, Virtus in infirmitate pficit, somniantes Paulū graui capitī dolore suisce obnoxiū, cū ille infirmitatē uel animi tentationē, uel quod uero p̄ pius est, improborę hoīm molestam insectationē

DE LAVDE MEDICINÆ.

appellet. Atq; idem ille Paulus, inter apostolicas dotes, donū curationis recensuit. Iam auget & ille Iud non leui argumēto medicinę gloriā, quod & Cesarēarū legū maiestas, & pontificiarū authoritas se se ultro medicorę iudicio submittit, uelut in quæstionibus pubertatū, partuū ac ueneficiorū. Item in questionibus aliquot ad matrimoniuū fæcientibus. O noua dignitas medicinæ. Agitur de capite hominis, & iudicis sententia pendet ex medici præiudicio. Summi pontificis pietas, si quid indulget in nonnullis non aliter indulget, nisi medicorū accedat calculus. Atq; in decretis Romanus pontifex, episcopum eum qui delatus fuerat, tanq; fœdo immaniq; morbo obnoxius, ex medicæ rei iudicio censet aut mouendū episcopatu, aut suo loco restituendū. Diuus item Augustinus ex medicorum consilio fieri iubet quod faciendū est, etiamsi nolit ægrotus. idem honorem medico debitū, hoc est artis & industriæ præmium, recte eripi scribit ab eo q; detinet, uelut ab iniusto possesso, & quod alienum est in mala fide occupante. Quin ij quoq; q; cōceptis pcaminibus, dēmones impios e corporibus humanis exigunt, non raro in cōsiliū adhibent, uelut in his morbis q; secretis rationibus, quedā sensuū organa spirituūq; uiciāt & adeo dēmoniacam speciem imitantur, ut nisi a peritissimis medicis discerni non queant, siue sunt

c iiiij

DES. ERASMI R'OTERO.

crassiores aliqui dēmones, ut fertur illorum uaria
natura, qui medicā etiam opem sentiant, siue mor
bus adeo penitus intimis animi recessib⁹ infidet,
ut a corpore uideatur alienus. In cuius rei fidem,
dum ex innumeris mihi cōpertum exemplū refes
ro, queso ut me patienter audiatis. Panaceū cele
berrimi nominis medicū adolescens colui, is me
teste, quendā restituit, nomine Phlyariū, patria Spo
letanum, qui ex vermībus in nouum maniē gen⁹
inciderat, ita ut in morbo probe teutonico loque
retur, quod(uti constabat) sanus nunq̄ potuerat.
Quis imperitus rei medice, non hunc dēmoniacū
uel deierasset etiam? At is hominē facili paratoq̄
menti reddidit. Redditus sibi, teutonice nec loque
batur, nec intelligebat. Quod si quis hunc uere dē
moniacū fuisse contendat, ea sane res uel maxime
medicor̄ illustrat artem, cui compertū est, & dæ
mones impios parere, quemadmodū in restituē
da uita, ita & in exigendis spiritibus diuinæ uirtu
tis tum ministræ, tum æmulę. Necq̄ uero deerant,
qui factum hoc magicis artibus tribuebant, quo
rum ego calumniā, arti nostrę gloriæ laudiq̄ uer
to, per quā ea prēstantur, quę uulgas hominū hu
manis uiribus præstari posse non credit. Optimo
igitur iure, priscis seculis, cum nondū sordidi que
stus & spurcæ uoluptates uiciassent oīa, medendi
ars inter oēs una, diuinis ac summatibus uiris, os

DE LAVDE MEDICINAE.

pulentissimis regibus, clarissimis senatoribus præcipue cordi fuit, nec alia mortaliū generi gratior. Si quidē Moses ille magnus, non alia ratione, q̄ artis medicæ, cibos suos distinxisse creditur. Orpheus Gr̄cor̄ uetustissimus, de uiribus herbarū nonnulla prodidisse legitur. Homerus ipse, citra controuersiā, unicus ingeniorū fons, plurimus est & in herbarū cōmemoratione, & in laude medi corum. Is & Moly nobis depinxit, herbarū omni um teste Plinio, laudatissimā, efficacem aduersus ueneficia, Cuius inuentionē Mecurio tribuit, hac Vlyssem suū aduersus Circes pocula prēmuniēs. Idem nepenthes indicat in conuiuīs adhibendū, quod mœrorem tristitiamq; discutiat. Porro Ma chaonem, Pæonem, Chironē, Podalirium, ut hac arte præstantes, sæpicule non sine honore cōmes morat, quorū arte non solum heroibus, uerū ipsis etiam dijs subuentū esse singit. Illud uidelicet sub indicans, summis etiā principibus medicor̄ præsidijs opus esse. Atq; hor̄ uitam medicis in manu esse, qui in ceteros omneis ius uitæ ac necis habere uident̄. Quid quod idem Poetā, libro Iliados undecimo huius artis pfessionē longe pulcherrimo nobilitauit elogio: cum ait, Vnum medicum pluris habendū, q̄ ceteror̄ hoīm permultos. Rur sum alibi, medicū ita notat, ut dicat eum eruditū in omnibus, palam testans id quod res est, hanc

c v

DES. ERASMI ROTERO.

artem non una aut altera disciplina, sed oīm artis
um cognitione circuloq; tum præter exactū inge-
niū, multo etiam rerū usū constare. Pythagoras
ille Samius, cui diuinitatē quandā tribuebat antis-
quitas, de naturis herbarū nobile uolumen reliqf
se legit. Atq; ut Platonē, Aristotelem, Theophras-
tum, Chrysippū, Catonē Censorium, Varronē
præteream, quibus studio fuit, hanc artem suis uel
studijs, uel negotijs admiscere. Mithridatem Ponz-
ti regem, non perinde regnū, alioqui locupletissi-
mum non tam unius & uiginti linguarū miracu-
lum, q; rei medicæ peritia nobilitauit, uereq; mas-
gnum uirū declarauit, q; artis huius cōmentatio-
nes, & exemplaria, effectusq; in arcans reliqt, ut
author est Plinius. Cuius & hodie, nobile Theria
cæ genus nomine celebra. Nunc fere regiū habet
aleam ludere, uenari, nugas agere. At olim popu-
li Romani principibus, nihil magis erat curē, quā
ut ex longinquo nouis importandis herbis, rem
medicā adiuuarent, necq; populo illi tū orbis do-
mino nō aliud erat munus grati. Quid qd' Chris-
tus ipse disciplinarū oīm & author & princeps,
sese non lureconsultū, non Rhetorē, non Philoso-
phum, sed medicū pfessus est, dum de se loquens,
negat opus esse medico ijs q; bene habeant, dum
Samaritanus uulnerib; oleū ac uinū infundit, dū
sputū terræ mixtū illinit oculis ceci. Quid qd' idē,

DE LA VDE MEDICINAE.

hac potissimū cōmendatione, cū adhuc orbi esset
ignotus, sese paulatim in animos atq; affectus ho-
minū insinuauit: Non auro, non imp̄js, sed mor-
bor̄ remedij. Quod ille nutu fecit, nempe deus,
hoc medicus p̄ uirili sua, cura imitaſ. Necq; deest
his quoq; diuina uis, nimirū medendi uiribus, in
hunc usum rebus a deo inditis. Nec alio uiatico
magis instruxit Apostolos, mandans, ut hoc pri-
nus officio sibi deuincirent hospitē medentes, in-
qt, morbis illor̄, & ungentes oleo. Paulus ille ma-
gnus dū Timotheo suo modicū uini p̄scribit u-
sum, ad fulciendā stomachi imbecillitatē, nonne
palā medici partib⁹ utit? Sed qd hoc mirū i Apos-
tolo, cū Raphael angelus, Tobiæ cæcitati medi-
cans, hinc nomen etiā inuenerit, apud arcanarū
rerū studiosos? O cœlestē, uereq; sacrā disciplinā,
cuius cognomento diuinę illę mentes insigniunt.
Inter mortales alij alias artes uel discūt, uel p̄fitent
hanc unā oportebat ab oībus disci, quę nulli non
est necessaria. Sed o heu puerissima hoīm iudicia
Nemo nescire sustinet, q̄s numus legitimus sit, q̄s
adulterinus, ne qd fallat i re uilissima, nec scire stu-
dio est, quibus modis id quod habet, optimū tue-
atur. In numismate non credit alienis oculis, in ne-
gotio uitę ac sanitatis clausis qd dicit oculis, seq̄
alienū iudiciū. Quod si totius artis absolute co-
gnitio, non potest nisi paucis contingere, qui tot

DES. ERA SMI R O T E R O.

uitam huic uni studio dedicarunt, certe partē eam
quae ad tuendā ualetudinem pertinet, non conue-
niebat quenq; nescire. Etiam si bona pars difficultatis,
non ab ipsa arte, sed ab improborum medicorum
uel inscitia, uel ambitione proficiscatur. Semper
apud efferas etiā ac barbaras nationes sanctū
ac uenerabile fuit amicitiae nomen. Atq; is egregius
habetur amicus, qui se fortunę utriusq; comitē
sociumq; præbeat, quod uulgaris amicorum uelut hi-
rundines æstate, rebus secundis adsint, rebus ad-
uersis, quemadmodū illę ingruente bruma deuo-
lant. At quanto syncerior amicus medicus, q; Ses-
leucidū auiū exemplo, quas narrat, nusq; a Casij
montis incolis cōspici, nisi cum illarum præsidio est
opus, aduersus uim locustarum fruges uastantiū,
rebus integris ac lœtis nusq; sese ingerit, in pericu-
lis, in his casibus, in quibus uxor ac liberi sæpe de-
serunt hominem, ueluti in phrenesi, phthiriasi, in
peste solus medicus constanter adest, & adest non
inutili officio quemadmodū pleriq; cæterorum,
sed adest opitulatus, adest pro capite periclitans
cum morbo dimicans, nonnunq; suo quoque
periculo. Et o plusq; ingratos qui talis amici offi-
cio seruati, iam depulso periculo, medicum odisse
possunt, at non potius parentis uice colunt ac ues-
nerantur. Vulgarem amicum, qui subinde salutat
obuium, ad cœnam rogan, qui latus claudit, of-

DE LA VDE MEDICINAE.

ficio pensant, & talem amicum ubi desierint eges
re, auersantur: & ob hoc ipsum auersantur, quod
intelligat illius officio nullam meritis parem gra
tiam rependi posse. Quod si is optimus uir est, q
maxime prodest reipublice, ars hec optimo cuiq
uiro discenda est. Iam uero si qui sint, qui rerū pre
cia malint utilitate questuc̄ metiri (licet hec ars di
uinior est, quam ut huiusmodi rationib⁹ estimans
da) ne hac quidem parte cuiquam aliarū cedit ars
tium. Nec enim ulla magis fuit frugifera, & ad rē
subito parandam æque præsentanea. Erasistratus
cuius ante memini, a rege Ptolemæo, Critobulus
ab Alexandro Magno, præmījs ingentib⁹ ac uix
credendis donati leguntur. Quanq̄ quod tandem
præmium non exiguum uideatur, repensum ser
uatori capitis, pro cuius unius salute tot hominū
milia depugnabant: Quid ego nunc cōmemorē
Cassios, Carpitanos, Aruncios, Albutios, quib⁹
Romæ tum apud principem, tum apud populū
immodicum quæstum suisse refert Plinius. Quan
quam quid nos hæc ex præcis etatibus repetim⁹,
quasi non hodie cuiq̄ complures succurrāt, quos
hec ars ad Crœsi opes euexerit: Rhetorica, aut Po
etica non alit nisi insignem. Musicus ni præcellat,
esurit. Iure consulto tenuis prouentus est, ni sit exis
mius. Sola medicina quomodo cunq̄ doctū ali t,
actuetur. Innumeris disciplinis, infinita rerū cos

DES. ERASMI R O T E R O.

gnitione constat res medica, & tamen frequenter
unū aut alterū remediū alit idiotā. Tantiū abest, ut
hæc ars sterilitatis damnari possit. Adde qd' cætes
raruī artiū non ubiq; paratus est quæstus. Rhetor
frigebit apud Sarmatas. Iuris cæsarei perit⁹ apud
Britannos. Medicū quoq; terrar; sese contulerit,
suus comitaū honos, suū sequit^r uiaticū, ut in nullā
disciplinā uerius cōpetat uulgatissimū illud Græc
corū puerbiū, ο τέχνιορ ἡ τῶν γῆς τέχνες. Sed
hoc ipsum indignat Plinius, aut certe apud hunc
alij, quæstū esse medicinæ pfessionē. Maior est, fate
or, hæc facultas, quā ut quæstui lucroq; seruat. Sor
didarū id est artiū. Sed nimis ingratū est, eam solā
sua fraudare gratia, cui nulla par gratia rependi.
Egregius medicus ceu numen quoddā, seruat gra
tis, seruat & inuitos. Sed impietas est, nō agnosces
re numinis beneficium. Nihil ille morat mercedem
tu tamen dignus q; legibus mulcteris ob insignē
ingratitudinē. Iam haud quaq; me fugit, hāc eges
giam artē & olim apud ueteres audisse male, &
hodie apud indoctos quosdā male audire. Cato
ni non placuit, nō quod rem damnaret, sed quod
ambitiosam Græcor; pfessionē non ferret homo
mere Romanus, Isq; tantū tribuit experientiæ, ut
artem esse noluerit, sed idē uniuersam Græcorum
philosophiā ex urbe pellēdā censuit. Existimabat
homo durus, ad purgandū hominis corpus suffi

DE LAVDE MEDICINAE.

cere brassicam & crebros uomitus, & tamen ille
ipse medicor̄ hostis, obseruatione medicinæ, in
extremā usq; senectutē robur infractū tutatus scri-
bitur. Solis, inqunt, medicis summa occidēdi im-
punitas est. At hoc nomine magis suspiciendi bo-
ni medici, quibus cū in manu sit, non solū impus-
ne, uerūtiā mercede occidere, tamen seruare ma-
lunt. Quod possunt facultatis est, quod nolunt p-
bitatis. Decantat iā passim inter pocula temulen-
tor̄ adagiū, Qui medice uiuit, misere uiuit. Quasi
uero felicitas sit distendi crapula, rumpi uenere,
turgescere ceruisia, sepeliri somno. Sed istos Syco-
phantas qd opus est oratione refellere, cū ipsi pes-
tulantiae suæ satis magnas pœnas dant arti, mox
podagra cōtorti, paralyxi stupidi, desipiscētes ante
tempus, cęcutientes ante senectutē, iamq; prius uis-
tuperatæ medicinæ exemplo Stefichori, serā canūt
palinodiā miseri. Et tñ his licet indignissimis, artis
bonitas non grauat esse p̄sidio quantū licet. Sunt
qui mutuato ex ueteri comœdia scomate, uocent
medicos σκατοφάγους. Quasi uero non isto no-
mine, uel pr̄cipue laudari mereant̄, qui quo subs-
ueniant hominū calamitatibus, ex illa sua sublimi-
tate se ad hęc sordida dēficiāt. Quod si medicis
tm̄ esset supcilij, quantū istis est procacitatis, liceret
passim impune mori, uerū habet hoc ars nřa cū
bonis regibus cōe, ut bene faciat, ac male audiāt.

DES. ERASMI R O T E R O.

Quod si maxime sunt, ut sunt in hoc ordine, qui se pro medicis gerūt, cum nihil minus sint quam medici. Si sunt, q̄ pro remedij s uenena ministrāt. si sunt qui ob quæstum aut ambitionem ægrotis male consulunt, quid iniquius est, quam hominū uitia in artis calumniam detorquere? Sunt & inter sacerdotes adulteri, inter monachos homicide ac pirate, sed quid hoc ad religionē p̄ se optimā? Nulla tam sancta professio est, quæ non alat sceles ratos aliquot. Votis quidem omnibus optandū, omnes principes eiusmodi esse, cuiusmodi decet esse, qui censeantur hoc digni nomine, Nec tamē ideo damnandus est principatus, quod nonnulli sub eo titulo prædones, reiq; publice hostes agāt. Optarim & ipse medicos omnes uere medicos es se, nec in his locum Græcorū prouerbio, τῶολλοι Βουκένται, τῶαῦροι Δέπε γῆς ἀρσοπήρες. Optarim ab omnibus eam præstari sanctimoniam, quā Hippocrates sacramēto uerbis solennibus concepto a professoribus exigit. Neq; tamen huc non enī tendum est nobis, si id a plerisq; negligi conspicimus, Sed quoniam huius argumenti tañta est ueritas, uiri præstantissimi, ut difficillimum sit in eo dicendi finem inuenire, ne non præstem quod iniūcio sum pollicitus, tempestiuum arbitror, uniuersas eius laudes summatim complecti. Etenim si p̄ multas res sola commendat antiquitas, hanc arte

DE LAVDE MEDICINAE.

primam omnium repperit necessitas. Si sciētiā authores illustrant, huius inuentio semper dījs at tributa est. Si quid authoritatis addit honos, non alia tam passim ac tamdiu diuinos honores mes ruit. Si magni fiunt, quę summis uiris probantur hęc summos reges, hęc primates, non solum deles etauit, uerumetiā illustrauit. Si difficultia quae sunt, ea sunt & pulchra, nihil hac operosius, quę tot disciplinis tantarū rerum peruestigatione usuq; con stat. Si dignitate rem æstimamus, quid excellenti us, quam ad dei benignitatē proxime accedere. Si facultate, quid potentius, aut efficacius, quā tos tum hominem certo exitio periturū sibi posse restituere. Si necessitate, quid eque necessariū atq; id sine quo nec uiuere, nec nasci licet? Si uirtute, qđ honestius, quam seruare genus humanum. Si utilitate, nullius usus nec maior est, nec latius pater, si cōpendio, aut hęc in primis frugifera sit opor tet, aut ingratissimi mortales. Vobis igitur magnopere gratulor eximij uiri, quibus contigit in hoc pulcherrimo genere professionis excellere. Vos adhortor optimi iuuenes, hanc toto pectore complectimini, in hanc neruis omnibus incum bite, quae uobis decus, gloriam, autoritatē, opes est cōciliatura, per quam uos uicissim amicis, patriæ, atq; adeo mortaliū generi, non mediocrem utilitatem estis allaturi. D I X I.

d

DES·ERASMI
ROTERODAMI DECLA·
MATIVNCVLA.

ORATIO EPISCOPI RESPON·
DENTIS IIS QVI SIBI NO·
MINE POPVLI GRATV·
LATI ESSENT ET OM·
NIVM NOMINE, OBE·
DIENTIAM QVAM
VOCANT DETV·
LISSENT.

NVNC EGO PROFECTO DI
em festiuum in primis, nūueaq; (quod dis
ci solet) insigniendum gemma duco, filij
charissimi, quo mihi in uita nullus illuxit adhuc,
uel ornatior, nel iucundior. Incredibilē enim ani
mo capio uoluptatem, non tam ex honore, quem
mihi summo cōsensu, studijsq; flagrantissimis des
tulisti (necq; enim me fugit hic honor, quanto cū

onere coniunctus sit) neq; rursus ex laudibus ora-
tione uestra mihi tributis, quas mihi nec arogo,
nec agnosco, sed tamen uestra omnium tam pia
alacritas impendio me delectat, uestra tam religi-
osa aggratulatio, totum me gaudio perfundit, p;
pterea quod nihil addubitem, quin sanctissimam
istam letitiam, non simulatio, non theatrica uanis-
tas, non mortalis affectus, sed numen aliquot pe-
ctoribus uestris illapsum excitarit. Proinde letum
ac fœlix omen accipio, negotium hoc nostrum su-
peris probari, eisdemq; bene fortunantibus, mihi
pariter ac uobis fœliciter cessurum. Onus graui-
simum imponitis, & hoc imponitis grauius, quo
studij ardenteribus uos ipsos meæ traditis fidei
Sed eadem uestra pietas, que sarcinam addit, bo-
nam ponderis partem adimet. Meam sollicitudis
nem quam & meū exigit officium, & uestra pro-
meretur fiducia, obediendi promptitudo leniet.
Mihi minus graue fuerit, pro charissimis meis fili-
is aduigilare, & facile consulitur ultro parentibus
ac pene præuolantibus. Quare laudes istas non tā
meas quam uestras, quibus me disertissime studi-
osissimeq; exornastis, deinde quæ uicissim a me
uestræ pietati debeantur, eas omnis communiter
in Christi principis nostri gloriam referamus, cu-
ius ni fallor, auspicijs res tota hæc geritur, ut iuxta
uocem eximiij Pauli, in omnibus, & per omnia p-

d ij

dicitur Deus, a quo ceu fonte profluit, quicquid
usquam in uita mortalium boni est, cui uni debes-
tur omnis honos & gloria. Is tum mihi, tum uos-
bis omnibus est uotis, quam maxime puris, & ar-
dentissimis implorandus, ut me talem reddat pa-
storem, qualem uestra meretur pietas, qualemq;
modo uestra depinxit oratio, formam agnosco,
meritum non agnosco, nisi quod sedulo me adni-
surum recipio, ut pastorem sentiatis non praedos-
nem, patrem non tyrannum, opitulatorem non
oppressorem, medicum non expilatorem, breui-
ter ut intelligatis me hoc quicquid est muneris, uos-
bis gessisse, non mihi. Pios ac bonos uos mihi co-
credidistis, dabitur opera, ut uos uobis ipsis redi-
dam meliores. Qui episcopatum redditibus censu-
que metitur, quid uis potius est quam episcopus.
Ego mihi non alia ratione uidebor splendidus et
opulentus episcopus, quā si conspexero filios me-
os pietatis ac uerorum bonorum quotidianis ac-
cessionibꝫ Christo reddi gratiores. Has opes, hāc
gloriam, hanc fœlicitatem, uos ex parte mihi pre-
stare ualetis, adiuuante Christo. Non est optandum
fieri præsulem, boni gregis præsulem esse optabiz-
le est. Quo sane nomine iam nunc, qua par est, ani-
mi lætitia, summo pastori grator mihiq; gratulor
qui me mystico hoc coniugio, sponsę incontami-
natę sponsum dederit, atq; optimi lætissimiq; gre-

gis custodē esse uoluerit, gregis inquam, neq; uitios
is morbidi, nec tabidi, nec hulcerosi, neq; dissidijs
intestinis male dissipati, neq; socordiae macie fœ
di, neq; pullo uellere, sed fidei synceritate, uitæq;
integritate sani, constantia ualidi, mutua charita
te collecti, pñs studijs uegeti, morū innocentia ni
uei. Dotes istas, iampridem magnas in uobis, ut
confidam indies auctum iri facit ista uestra singu
laris alacritas, qua uestrum obsequiū, uestrā obes
dientiam sic defertis, ut facile appareat id ex ani
mo fieri magis, quam ex solenni receptoq; more.
Qua ex re, mihi credite, non secus sum affectus, at
q; olim erat Dauid ille regum sanctissimus, gau
dio gestiens inenarrabili, cum aspiceret populum
suum, ultro & alacriter, ad templi structuram do
naria cōgerentem. Quod enim bono pastori (qui
in suos parentis affectus, aut si quid est parente as
mantius, sumere dabat) spectaculū exhiberi queat
gratius aut iucundius, quodue (ut Pauli uerbis dis
cam) animo sentiri possit gaudium abundantius
quam ut filios suos uideat in Christi charitate ges
tientes & alacres? Itaq; cuius affectum mihi senti
re uideor, eiusdem uerbis precor, semperq; preca
bor, ut istam in uobis uoluntatem conseruet, neq;
conseruet modo, uerum etiam augeat atq; dilatet
Porro meo nomine, uos Solomonis exēplo, mes
cum deum Optimum Maximū orabitis, ut qui p

d v

uos onus hoc imposuit, idem imperti, at cœlestē
illam, semperq; ipsius throno assidentem sapientiā
am, ut mihi iugiter adsit, mecumq; laboret, quo li-
ceat gregem mihi traditum cœlesti pastori annu-
merare, auctoremq; & uegetiorē reddere, ut hæc
custodia, quam uos hodie summa cum alacritaz
te detulisti, ego maxima cura suscepī, mihi pa-
riter & uobis fœliciter cedat, sed ita ut & me
us conatus, & uestrum obsequium, in
Christi gloriā exuberet, cui nos fer-
uimus, dum uobis præimus, uos
paretis, dum nobis auscultatis.

D I X I.

Impressum Argentorati pridie nonas De-
cembris. Anno. M. D. XX.

vorlike vorbeset 144 181

ans form so
dige vond am X 2203867

mit Claßed Sb.

z Dytmezo

ccede vond ge

batt sehe mit

cste hunderlisten

woestate edom

st don Comus



Farkarte #13

B.I.G.	Black
Centimetres	8
Inches	3
1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

